




A
Cust.

7









[Roma, Eucharius Silber? s.d.]

IGI 8024.

OPVSCVLVM AVREVM DE TALENTO A PORCELIO POETA AETATIS SVAE PRAESTANTISS. ELVCVBRATVM MAXIMA QVIDEM SOLERTIA, AC MVLTORVM AVCTORVM OBSERVATIONE.



PORCELIVS POETA Cicco Calabro Ducali Secretario & Pollioni suo. S.

ET si duram mihi prouinciã humanissime uir Cicce Pollio tradidisti Talenti. s. & Sestertii ueterem reddere rationem. Id tamen Honeris & si pergraue est: cum rerum difficultate: tũ & imprimis ingenii tenuitate: quod neq; acutum satis in me esse: nec perspicax certe scio. non inuitus accepi: ut ne minus quidem diligẽtius q̃ libenter morem gererem uoluntati tuæ. Accipe igitur munusculum uigiliarum mearum: quod si aliqua minus apertũ: indignumq; existimaueris: non uolũtati meæ: quæ sincærissima in te est: sed ipsi rei quæ per difficilis est: aut ignorationi litterarum mearum adscribas. Spero tamen ea non dedignaberis: etiam atq; etiam legere: quæ ne a minimis quidem auctoribus delecta collegimus: quæq; a maiorum uetustate comprobantur. Illud me sane nõ fugit: quæ dicam omnia & ab his qui liberali ingenio præditi sunt: & ab his qui erudiri cupiunt: ea uel egregia laude commendanda uel maxime in usum continuo accipienda. Inuidi paruifacient. mordere occipient. quibus benignitatem tuam magnopere obtestor: & oro ne quid illis fidei præstet nisi mecum prius in certamen descenderint efficiam spero: ut te iudice Apollinis oracula audisse fateantur. Quin etiam bene actum esse dicẽt deductam in unum mea industria ueterũ & pstãtissimorũ hoium auctoritatẽ. Tu mi Pollio singulari præhũanitate tua: quod nomini tuo deuotũ est diligenter lege: & Porcelium poetam (ita ut soles) perseueranter ama. Vale ex loco studiorũ meorũ cal. Februa. Mediolani. M.CCCCLIX.

TALENTORVM duo sunt genera: unũ Argẽti: alterũ Auri dicitur: unde est illud poetæ Auri argentiq; talenta.

Talento nullum pondus est maius: sicut obolo minus nullum.

Talentum ut refert Seruius apud Athenienses duplex est. minus. s. septuaginta & duarũ librarũ: & maius quo põdus illud duplicabatur. At perspicatius quærẽtes tria in ueteribus uocabulorũ expositoribus talẽtorũ genera inuenimus: idest minus. xl. librarũ: medium septuaginta: magnũ centum & uiginti. Sed ego arbitror talentum: utpote Ptolomaicũ. Syriũ. Tyrium. Antiochenũ. Atticũ. Euboicũ. Italicũ. pro regionũ & prouinciarũ diuersitate uariari. Vnde est q apud alios maioris minoris ue ponderis esse possit.

Libra duas & decem uncias continet: hæc as ab ære dicta ut Priscianus ait in libro quem de numeris scripsit.

Maiores nostri as pondus uel pondo dicebant. Vnde est illud Marci Varronis de Sestertio.

Sestertium continet dupondium & semissem. i. duas libras & mediam. Alii monetæ genus esse dicũt: quibus ipse assentior hisce enim oculis uidi auream monetam: ubi litteræ sestertiũ appellari confirmabant. Thomas Reatinus: uir cum summa auctoritate: & fide: tum & imprimis in utroq; dicendi genere facundissimus: idemq; ne mediocris quidem philosophus & memoria præstantissimus. id rogantibus declarare poterit.

Præterea legimus in uita Seueri Alexãdri q in cœna centum sestertia ederet: profecto nõ de põdere: sed de moneta aurea intelligere debemus. Idem de Heliogabalo apud Spartianũ accepimus q. s. Sestertia centum in cœna ederet quãuis uocabuli significatio cõtradicat. Est enim Sestertiũ a semis dictũ

ꝗ dēpto ſemiſſe tres libras importare uidetur: ſed monetæ genus eſſe arbitror. Nam ſcribit idem Spartianus cētum Seſtertia equipollere trigīta libris: nec mirum cū Ro. graui ære uterentur quo penſo & nō numerato debitum ſoluebāt. Vnde eſt illud pēdere pœnas. i. ſoluere æris pondere. inde penſiones. hæc Pōpeius Feſtus. Au. Gellius refert equū Seianum emptum a Cornelio Dolobella cētum millibus ſeſtertiorum Idem cōfirmant Caius Baſſus & Iulius Modeſtus uiri omni genere doctrinæ præſtantes. Vt igitur quod ponderis eſt ad numerum redigatur ſic accipias.

Pone Talentum quadraginta librarum: ſex & decē ſeſtertia cōtinebit. Ergo mille Talēta equipollēt ſexdecim millibus ſeſtertiorum: quæ cōtinēt quadraginta millia librarum.

Multiplicemus per denarium numerum. i. per. x. habebis pro decem millibus Talentis centum ſexaginta millia ſeſtertia: quæ equipollēt quadringentis millibus librarum.

Alexāder Macedo ut Iuſtinus commemorat militibus ſuis reliquit uiginti millia Talenta ad redimenda pignora & ad cæteras res parandas: fuere proculdubio ſeſtertia trecenta & uiginti millia: quæ octingenta millia librarum conficiunt.

Multiplicemus ſi placet numerum cētenū per ſeſtertia primum: deinde per libras: poſtremo per auream temporis noſtri monetam ut quod tantopere cupis id facillime intelligas.

Centena millia Talentorum appoſcent ſex & decem centena millia ſeſtertiorum quibus equipollent quaterdecies cētena millia librarum. Ergo trecenta millia Talentorum quæ filiæ dotem dabat Darius Alexandro Macedonico nuptæ cōficiebant quaterdecies centena & octingēta millia ſeſtertiorum.

librarum uero bis & decies millia millium. Nunc ad rem no-
strã ualet argẽti libra sex aureos monetæ Romanæ quos du-
catos dicimus. Deinde fiat multiplicatio per sex: tunc bis &
decies milliũ millia librarum: quæ equipollẽt trecẽtis millibus
Talẽtorum & sestertiis quaterdecies cẽtenis millibus & octingẽ-
tis millibus cõficiẽt duo & septuagita milliũ millia ducatorum.
Si uero argenti pondus ualet septem aureos erunt quattuor &
octuaginta aureæ monetæ qua hoc tempore Romani utũtur
milliũ millia pari modo si plus minusue ualerẽt argẽti põdo.
Valet igitur Talẽtum librarum quadraginta si multiplicetur libra
per senariũ numerum ducatos ducẽtos & quadraginta. Si per se-
ptẽ facta est ualebit Talentum quadraginta librarum ducatos
ducentos & octuaginta: huic numero cõtradicere põt nemo.
Si uero sit Talentũ septuaginta ponderum adde tres ex quat
tuor partibus hoc modo si sunt quadraginta adde triginta &
multiplica secundum ualorem argenti & habebis rerum quas
cupis scire cognitionem. Nam si argenti pondus ualet duca-
tos sex Talentum ualet ducatos quadringentos uiginti: si ua
let argẽtũ septẽ Talẽtũ ualebit quadringẽtos nonaginta. Si Ta
lenti põdus augetur: aut diminuetur par est multiplicatoris
ratio. hæc de talento argẽti. Pari modo dicendum est de auri
talẽto si librarum numerum tenuerimus & auri pretiũ. Ver-
bi gratia. Valet auri Talentũ quinquaginta libras. ualet auri
põdus nonaginta ducatos: erit Talentũ quattuor millium &
quingentorum aureorum: multiplica ducatorum numerum
per septuaginta continebit talentũ septies decies nonaginta
qui numerus conficit. ccc. & sex millia ducatorum. hinc facile
progredimur ad omnẽ numerum. Nam talenta septuaginta

librarum centum erunt sexcēta & triginta Ducatorum millia: pari modo de aliis numeris multiplicandū est. hoc totum exercitatio calculi conficere poterit. Nūc de his quæ ex maiorum auctoritate inuenio disserendum est.

Talentorum numerus: quæ Darius pro filiæ suæ dote Alexandro dabat ne uerisimilis quidem permultis uisus est: ac fide maior. Sed quod est apud Iustinum rem obfirmat: ubi se tantum auri Darius daturum Alexandro pollicebatur: quātum uix caperet Macedonia: his rebus fidem adhibētes nihil est quod negare possumus.

Plutarchus Talentum duodecimam partē uiginti quinq; nūmorum in Vitis esse confirmat. Si nummi argentei sunt. Talentum erit duorum millium octuaginta & tertii. Si uero aurei sunt eodem numero esse confirmabimus.

A. Gellius in noctibus atticis equum inquit Alexandri nomine Bucephalas Talentis duodecim fuisse uēditum: quæ sunt nostri æris sexcēta & duodecim sestertia. Ergo unum & quinquaginta romani æris sestertia Talentum conficiunt. Ego uero quantum cōiectura percipere possum ita rem puto signatum æs romanum monetam appellari q; nos moneat qua ratione uiuendum sit. Item nūmum a numero: quin etiam denarium a decimis uel a deno numero dictum ut Varro refert q habitum a Siculis denarium confirmat. Apud quos moneta erat: quæ nūmos decem ualebat: sic etiam quinarios & senarios qui sex uel quinq; ualerent nummos. hoc tempore idem in Sicilia seruatum ut decem nūmi argentei auream monetā cōficiant. Quod si ita esset. unam & quinquaginta libras Talentum contineret. quæ seno numero distributæ conficerent

ducatos ſex & trecentos: hoc facile intelligi poterit: ſi prius cognouerimus Argenteæ monetæ pretium. cuius copiam cum uoles habituri ſumus.

Hæc habui quæ de Talento & Seſtertio dicerem. Alii fortaſſe dilucidius ſed haud facilem mea ſententia prouinciam accipient. Tu humaniſſime Pollio cum meliora inueneris poetæ tuo Porcelio impartiare.

Thomæ Muſconi Soncinatis Exaſtichon ad Lectorem.

In tenebris fuerant quæ parua uolumina cernis.
Tale nec attonitum uulgus habebat opus.
Ecce uidet lucem Franciſci munere. cuius
Publius eſt etiam Victor ab arte nitens.
Liuide quid facies? palles. ſuſpendia quæris.
Ne propera. Cernes mox mage quod doleas.

Hieronymi Fonduli Cremonenſis carmen ad eundem Lectorem.

Qui modo paſſus erat multas errore lituras.
Publius. in nitida terſior ecce cute.
Et nunc doctiloqui ſuffultus nomine. & arte
Franciſci. haud pandum Rhinocerota timet.
Scrinia corroſus tineis Porcelius inter
Aura huius. luci redditus eſt propriæ.
Huic loca narrantur Romæ. digna ille Talento
Edocet. exigua quos ſtipe Lector eme.

FINIS.

